

propinquorū meorū: ob quem nuncium statim istic aduo  
lassem, nisi me nuncius incommode oppressisset. Fac me  
certiorem an literas meas reddendas Deloino curaueris.  
E Marliano.

GVLIELMVS BVDAEVS LVDovi  
CO RVZAEO S. P. D.



La tu qui ad me hominem tibi amicissimum  
rerum tuarum cupidum, pro epistola grana  
di grandiorē piscem misisti: siue eum Lum  
bricū seu Murenā uocitas, mei certe nec  
palati, nec rustici foci piscem. Atqui ut scias  
quā mihi gratam rem, iocūdāq; hodie  
in animum induxeris, nihil propius factum est, quā ut  
ego iudicarem literis te meis irritatum, hoc mihi negociū  
exhibere uoluisse, non munere delectare, & mihi cōmoda  
re. Principio non nescius eras, quā frugaliū mensarū asse  
cla libētior esse soleā, quā earū quæ luxu insignes sunt,  
aut uarijs generibus extructiores. Deinde cum sim capite  
tantū causarius, me ita esse cōstituta cibi appetētia, ut nec  
liquaminibus cupide utar gulā irritantibus, nec cibis deli  
catoribus, & quæ è foro cupedinis petant. Deniq; culina  
rias nugas, ganeę opificia, palati titillamēta, nec mihi alio  
qui esse cordi, nec facere ad stomachum, ignorare non po  
tes: qui laute me sæpe & splendide inuitum acceperis, gra  
uateq; apud te eam ob rem cōstituentem, quod à bubula,  
ueruecinaq; & ciuilibus (ut ita dicam) epulis ad ferinā &  
cupedias cōtra genij mei arbitratū me traduceres. Quare  
causa haud fuit ulla satis idonea quā obrē tu ad me q̄si hel  
luonē, aut liguritorē, delicatū piscē, magnoq; parabilē è lō  
ginq; mitteres, ut elegātius pranderē, q̄ uiro bona fide  
studioso cōmodū sit & decorū. Quāquā id ipm tantū mu  
nus in alios etiā pisces incurrit, q̄ nudiusquartus istinc ad

me allati sunt haud mediocris magnitudinis: id quod non minus ægre tuli, quàm hodiernum tuũ factum. Quasi uero mihi frugis uitam degere non pronum sit & assuetum: qui in urbe quoq; huiuscemodi cõuictus auersari solitus sim, ut mihi incommodos atq; noxios. At enim dono tibi piscem datum, nõ ære partum, quasi honorarium munus, officiosumq; misisti. Mitteres igitur opsodædalum coquũ, qui ferculum coqueret scite atq; condiret: mitteres citrea mala, mitteres quæ opus sunt ad operosæ culinæ cõdimẽta, ne solœcismum in extructione luxuq; admitteremus. Deniq; mitteres conuiuas, qui mecum esitarent. Nam coquus hic meus uillaticus non ex popinarum disciplina petitus, nondum rudimentum etiã quotidianæ mensæ apparatus posuit. Quippe q̄ uitor mediastino potius, quàm culinæ destinato. Porrò nec mei conuiuæ qui succidiã esse pernasq; assuerunt, oleraq; ructari, his uesci delitijs cõmode, apteq; possunt: quæ callosum palatum non titillant fastidij nescium, nec pueri parasiti ab eorum usu deduci queunt, quæ mihi placere norunt. Iam uxorem habeo cibi admodum parci, ut quæ uix tertio quoq; die epuletur, quod quidem instar cibi iusti esse possit. In summa nihil moror huiuscemodi fercula, non ruri, non ubiq; non ex tempore parabilia, quæ condimentorum accessionem poscunt. Si quidem cum huiuscemodi rerum materiã in hac penu rustica non habeo: tum etiã accedit quod uictum ad tempus colere institui mentis illustratorem, qui nec caram opsonationem, nec curiosam concinnationem admittit. Et anni superioris fastidium horum ferculorum inedia discutendum esse statui: qui stomachi mei mores, palatiq; corruerat. Qua mihi ipsa per te, aliosq; uti non licebit, ut uideo: tanta est munificentia tuæ importunitas, quam iandiu expertus sum. Quod utinam mihi potius epistolam unã per ocium scripsisses, quod unum officium in te semper desiderare

derare me tibi dictito, nec tamen tibi persuadeo: gratiam certe maiorem, uberioremque à me inisses, quàm hoc tuo munere fecisti, grandiore omnino quàm focus hic noster Marlianus capiat. Vale. E Marliano nostro, sup horã prandij. Dimitti enim se famulus tuus poscebat.

GVLIELMVS BVDAEVS LVDO  
VICO VIVI S.



Is paucis diebus scripseram Hermanum me Phrysiũ non uidisse: at ita casus tulit ut Hermano sim congressus postridie quàm literas obsignauĩ. Cum eo enim pransus sum, & cũ Nicolao Beraldo homine tibi, doctissimisque multis, bene noto, doctorum hominum in urbe nostra ueluti Xenagogo, apud Germanum Brixĩũ, uirum doctrina singulari, ingenioque eximio p̄ditum. Eodem die literas à te binas accepi: unas Hermani manu, alteras domi meæ urbanę reditum meum manãteis, uel aduentum potius. Primum igitur de Phrysiõ ualde te amo, qui talem nobis hominem conciliaris. Nam quantum iudicare ex unius horæ conuictu potuimus, iuuenis est ingenue atque etiam generose natus & educatus: plurimas, insignesque notas indolis eiuscemodi referens: in spem (ut opinor) inchoatus primarię eruditionis, atque doctrinę. Quanquã ei penẽ succensuimus, quod inter homines suę fortis nulla usque adeo inuitari familiari comitate conuiuatoris & conuiuarum potuit, ut innatam modestiam, pudoremque tantisper deponeret. Deinde quod excusationes non accipis, defensionumque mearum argumẽta, quasi male solida eleuas pro arbitrato tuo facunde magis quàm indulgenter: ita ut ulterius progredi causificando nõ ausim, nondum planẽ statuo utram in partem accipere debeam.